Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Sacre biblie volumen continet libros quorum 22 veteris
sunt testamenti / 11 vero novi testamenti / horum v. videlicet
primos libros moysi scilicet Genesim / exodum / leviticum /
numeri / et deuteronomium / hebrei appellant Thorant i. legem
nos vero appellamus eos pentateucum / penta enim grece
quinque sonat latine Theucon vero liber vel volumen dicitur
hic quinque libri moysi notantur / Et est notandum quod predicti libri
ab hebreis distincti sunt in 43 thomos i. divisiones
quorum in genesi 12 / In reliquis vero quatuor libris continuat
et ponit in quolibet decem / Postea notandum est quod hebrei
distinguunt omnes libros veteris testamenti in tres
ordines / primum vocant thorat i. legem sicut dictum est / Secundum
prophetas / Tercium agyographum / In primo ponunt quinque libros
moysi / In secundo videlicet in prophetis ponunt 8 libros videlicet Josue
Judicum / Samuelem / Malachim / Ysayam / Jeremiam / Ezechielem
et 12 prophetas / In tercio vero videlicet in agyographis ponunt reliquos
libros veteris testamenti qui supersunt / Et hic predictum
agyographa i. sacra scripta est nomen quod est omnibus sacre
scripture libris / sed forte ita eos appellant quia de aucto-
ritate quorundam dubitatur / Nam sicut hoc nomen confessor
quod est omnibus sanctis / aliis tamen secundum eminenciam quam
habent censentur sicut apostoli / martires / Et sicut etiam nomen
ultimus ordo angelorum quod nomen aliis ordinibus tribuit
et relinquit / Origenes vero modo contrario in primo
ordine vii libros ponit addens pentateuco Josue
et Judicum / et hunc ordinem vocat eptaticum Epta
enim grece vii latine sonat Notandum vero non sit curandum de
ordine librorum divinorum hystoria non mutatur.

Nomina librorum veteris testamenti ...
Genesis / Exodus / Leviticus / Nu...
Josue / Judicum / Ruth / quatuor libri Regum ...
paralipomenon / Duo libri Esdre in quorum ...
includitur liber Neemie / Thobie ...
Tres libri Salomonis videlicet p...
tica canticorum / Sapiencie / Ecclesiasticus ...
sunt / Ysaye / Jeremie / que in medio ...
Ezechielis / Danielis / liber ...

dies ornavit aerem et aquam volatilibus et piscibus
et creavit omnem animam motabilem / quod est proprie brutorum
que movetur de esse in non esse de vita in mortem / Sexta
die ornavit terram bestiis et quibus animalibus et creavit
hominem in ymaginem suam / Septima die requievit ab
2 universo opere suo / Secundum capitulum tractat de formacione
operum et de lignis et fluminibus paradisi de sompno ade
et de nominibus mulieris / 3m tractat de suggestione serpentis
3 de esu pomi et de eieccione hominis de paradiso / 4m
4 tractat de generacionibus et de oblacionibus abel et cayn et de
5 generacione et morte Cayn / 5m de generacionibus Seth Enoch
6 et lamech / 6m de causis diluvii et de archa
7 7m de diluvio et ingressu noe ad archam / 8m
ubi requievit archa et de egressu Noe / 9m de
ebrietate noe et plantacione prime vinee / 10m de
generacione et dispersione filiorum noe / 11m de edifi-
catione turris babel et confusione linguarum et de
gentibus et ortu abrahe / 12m de exitu abrahe
de terra Caldeorum et de descensu in egyptum / 13m de
mansione abrahe et de promissione sibi facta a deo
videlicet de terra promissionis / 14m de victoria abrahe et de
cede quinque regum / 15m de promissione heredis / 16m
de fuga agar et ortu hysmahelis / 17m de pacto
circumcisionis / 18m de tribus angelis qui apparuerunt abra-
he contra sodomam / 19m de subversione sodome et de
incestu loth et filiarum eius / 20m ubi abraham venit
ad regem abymalech in geraris / 21m de ysaac et
de eiectione agar et ysmahelis / 22m ubi abraham
ymolavit ysaac / 23m de morte sare et empcione du-
plicis spelunce ebron ubi sepulti sunt patriarche / 24m
de Eliezar quem misit abraham in mesopotamiam
... / 25m de morte abrahe et generacione
... videlicet Esau et Jacob / 26m de mansione ysaac
... 27m de supplantacione et benediccione Jacob
... Jacob in mesopotamiam ubi vidit dominum
... filiis Jacob et de quatuor filiis lie
... et partu Rachel / 31m de fu-
... uxoribus suis / 32m ubi
... luctabatur cum angelo / 33m
... de raptu dine et de sterna ...
... de morte delbore et
... morte ysaac et Rachel
... / 36m de ...
... Thamar / phares et
... Joseph
... et pistoris
... Joseph
... ...
... ...
... ...